

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

In libr. III. notæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

LAMP. ALARDI.
IN
VALERII FLACCI
ARGONAUTI-
CON
LIBR. III. NOTÆ.

VERS. 7. PER ANGSTIÆ LESBOS FRE-
TA SUGGERIT HELLES) per freta Hel-
les Hellepontum accipit, quem propè in
Troade est Lesbos, vini optimi ferax. Pom-
pon. Mel. lib. II. cap. 7. *Extra Hellepontum inquit ea-
rum qua Asiaticis regionibus adjacent, clarissima sunt Te-
nedos Sigais aduersa litoribus, & quo dicentur ordine ad
promontorium Tauri montis exposita, quas quidam dici-
putant μακάρων. Porro in Troade est Lesbos & in ea quin-
que olim oppida &c. Vini & pecudum Minyis à Cyzico
oblatarum etiam Apollonius meminit lib. I. v. 968.*

Δῶκεν δ' αὐτὸς ἀναξέλαον μέγ' ὄλοαρόνοισιν
Μῆλαθ' ὄμῃ.

Caterum Lesbium vinum pro optimo accipitur. Ho-
ratius restis. Lib. I. Car. Od. 17.

Hic innocentis pocula Lesbii

Duces sub umbrâ :

Ubi innocentis idem est quod diluti.

V. II. ET PICTO CLYTE VARIAVERAT
AURO) Munera & vestes hospitibus dari sive supra
monui. Clyte autem quam autor nominat, nuptera
Cyzici fuit nupta, cujus genealogiam & conjugium
Apollonius describit lib. I. v. 973.

Οὐδὲ νύ πω παίδεσσιν ἀγαθὸ μῆρο μείορητα

Ἀλλ' ἐπιριχθῆ δώματ' ἀκήρατος ἦεν ἄκραις

M

Ωδίων

Ὀδῖνον Μίερον ὠφελοῦσιν ἐν γαῖᾳ,
 Κλείτη εὐπλόκαυον τὴν ἰδὴ νῆον ἐξέτη πατρὸς
 Ὀσπεσιόσις ἔδδοισιν ἀγῆραθον ἀντιπύρην.

ubi juxta vides quam noiter Clyten vocat per γ, ad Apollonio scribi Κλείτην per EI. Ubiq; ergo in nostro rectius Cliten leges, quam Clyten. Neq; enim unquam per υ oeddi videbis. Caterum de hac vide Parthenion Erotic. XXIX.

v. 15. Tu MIHI NUNC CAUSAS INFANDAQUE PRÆLIA CLIO) orditur Poeta bellum quod inter Cyzicum regem & Minyas, paulò post fuit ortum. Fato enim navis ad portum regis relapsa, causa fuit bellici motus, inscels utrobq; & Jafone & Cyzico quid quibuscum gereretur. Causam fati hujus Noiter v. 21. memorat. Apollonius simpliciter, quomodo vento ferente navis retrogressa sit narrat. Cyzicum autem memorat oraculo monitura, ut adventuris aliquando novis hospitiibus, humaniter obviaret, nec pugnam moveret: cujus ille immemor principio adventientibus Minyis familiarem & benignum se dedit: sed fato quodam relapsis (hostes ratus) bellum ingens movit: Verba Apollonii lib I v. 967. sunt hæc:

Ὀδῖνον Μίερον ὠφελοῦσιν ἐν γαῖᾳ,
 Κλείτη εὐπλόκαυον τὴν ἰδὴ νῆον ἐξέτη πατρὸς
 Ὀσπεσιόσις ἔδδοισιν ἀγῆραθον ἀντιπύρην.

Ceterum propheta hæc & apostrophe ex Virgilio est lib. I. Æneid.

*Musa mihi causas memora, quo numine laeso
 Quidve dolens regina Deum, tot volvere casum
 Insignem pietate virum tot adire labores
 Impulerit.*

v. 18. QUID HOSPITIIS CONCURRERE DETRAS JUPITER) Jovem inclamat, qui hospitiis erat præfectus, Und. *Hospitibus dicebatur.* Serv. ad I. Æn.

v. 735. *Lycaon cum hospites susceptos necaret à suscepto Jo-*
we, postquam ei Epulas humanas apposuisset, versus in lu-
rum ostendit hospitii jura non esse violanda. Græci ξένιον
 Δία appellant. Et penè paria Suidas in voce ξένιον
 ξείος, quod nempe Jupiter hospitum curam gerat, &
 ξένιοι θεοὶ hospitaes Dii. Jul. Pollux. I. Onom. c. i. num.
 23. Plur. de Exilio ξένιος Διὸς πολλὰ καὶ κηὶ μεγάλα.
 Et in Erot. ξένων καὶ ἱκετῶν ἀδικίας ὁ ξένιον ὑπακῆς Κο-
 λασις ζῆλος. Eustath. in Hom. lib. IX. Odyss. v. 270.

Ζῆλος δ' ἐπιπύκτωρ ἱκετῶν τε ξένων τε
 ξένιον ὅς ξείνοισιν ἀμ' αἰδοίοισιν ὀπθεῖ.

Notissimus quoq; ille locus Virg. I. Æn.

Jupiter hospitibus, nam te dare jura loquuntur
Hunc lætum Tyriisq; diem Trojaq; profectis
Esse velis --- --- ---

v. 22. CYZICUS INGENTI PRÆDÆ DECEP-
 TUS AMORE) Quondam ex agris & venatu reges
 victitabant. Virgil. lib. VII.

Cervus erat formâ præstans & cornibus
ingens

Tyrride pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant Tyrribusq; pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.

Imo non dedecori sed peculiare illis erat pecora pascere.
 Varro de re Rust. lib. II. c. i. De antiquis illustrissimus
 quisq; pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua; &
 veteres poëta qui alios vocant πολυάργυρος & πολυμήλες
 alios πολυβότας. Qui etiam ipsas pecudes propter car-
 ritatem aureas habuisse pelles tradiderunt Didymus
 ad Odyss. XIII. τὸ παλαιὸν καὶ οἱ τῶν βασιλέων παῖδες
 παναίπολοι ὀκαλῆντο καὶ ἐπόρμανον.

v. 25. CAPTIVÆ POSTIBUS ORA IMPO-
 SUI T) Postes olim veteres ornare solebant spoliis fe-
 rarum item armis.

----- & postibus arma refigo.

Manil. lib. IV.

Ille novas semper pugnas nova bella ferarum
Apparat, & pecorum spolio vivitq; rapinis
Hoc habet, hoc studium, postes ornare superbis
Pellibus & captas domibus præfigere prædas.

Sic apud Græcos ἐπεὶ πύλαια ονερὰνται σκύλοις, De
postibus templorum Romanorum idem adferit
Silius lib. I.

In foribus sacris, primoq; in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaq; raptâ
Pugnantem ducibus, seuq; in Marte secures
Perfossi clypei, & servantia teia cruorem
Claustraq; portarum pendent.

Sed clarior lib. VI. de postibus privatis:

Vnde ire in Martem, quo capta referre solebas
Et victor mecum suspendere postibus arma.

Horatius de templo Veneris lib III, Carm. Od. 26.

Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloria

Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit.

Hinc Aristophanis interpretes ad Equites: ἔσθ' ἢν
quit, τὸ δὸς τῶν πολέμων ὄπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναστήσει,
Propertius lib. II. Eleg. 15.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Nemesianus Eclog. 1.

Nunc album caput, & Veneres repuere sub
annis

Jam mea ruricole dependet fistula Fauno.

Virg.

Virgil. lib. I. Æn.

genti nomen dedit armaq; fixis

Troia.

Et lib. III.

Aere cavo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo;
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

Ovid. Metam. lib. XV.

Cognovi clypeum leva gestamina nostra
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Horat. lib. I. Ep. I.

Vejanius armis

Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

v. 34. RELIGANT TONSAS VELOQUE

PRONESON) Carrio mirè se torquet & violenter
Proconesson restituit contrà metri decorum. Certè
Maserius veriorè lectionem rei;q; veritati & metri
legibus propius accedentem substituit dum Procones-
son legit. Quanquam nec Proconessi nec Proconessi
Apollonius meminèrit, nisi Scholiastes lib. 2 ubi non
situm loci sed originem vocis expendit. Maserii ver-
ba Carrio repetit: Exiguum, dicens, oppidum est Pro-
conessus juxta Cephalleniam, nunc vero nomen insula est & le-
gitur Proconessus prima brevi. Quæ ille procul dubio ex
Strabone habet lib. 10. Cephallenia, inquit, est Tetrapo-
lis id est quatuor civitates continet, inter qua Same vel Sa-
mo quod oppidum hodie deletum prorsus est. Ad medium
autem Ithacæ fretum ipsius vestigia commonstrantur. Ab
ea autem incolæ Samæi nuncupantur. Alia sunt adhuc his
temporibus exilia quadam oppidula Pronessus & Cranii. Sin
ergo hodie insula vel Proconessi vel Proconessi nomen-
claturâ, certè Pronesson Strabonis autoritas & metri
ratio reponit.

V. 35. FLAVENTEM RHUNDACE PONTO)
 Sabellicus malè legit Rindace. Certe Rhyndacus le-
 gendum auctoritate Strabonis cujus verba sunt hæc
 lib. XII Olympus talis est: habitant tamen circum eum
 à Septentrione Bithyni & Mygdones & Doliones: reli-
 quum Mysi habent & Epictetus. Doliones maxime eos
 dicunt, qui circa Cyzicum habitant ab Esapo usq; in Rhy-
 dacum & Dascyliticum lacum. Mela lib. I. c. 19. A tergo
 imminet mor: Olympus, ut incala vocant Mysius: is fun-
 men Rhyndacum in ea qua sequuntur emitit. Apollonius
 lib. I. v. 116.

Αλλ' ὅτε δὴ μυσῶν λελιημένοι ὑπέροιο
 Ρωδακίδας ἀρχαὸς μέγατ' ἠέλιον ἰσχυράων
 Τυτθὸν ὑπ' ἐὰ φρουρῆς παρεμύττειον εἰσεσθῶντες.

V. 41. RESOLUTAQUE PUPPIS TURBINE
 FLECTIT ITER) Ita Apollonius lib. I. v. 1016,

ἀλλὰ ἴσθηται,
 Ἀπὸ πρὸς ἀπὸ γῶν ὀπίσσω φέρον, ὄφρ' ἐπίλασση
 Αὐτὸς εὐξείνῃσι δολίοισι.

V. 47. MYGDONIAE PAN) Vide Gregor. Gy-
 ralo. histor. Deor. synt. IV. p. 142.

V. 58. ATQUE EXSILIT ALTIS SOMNIA
 DIRA TORIS) Heroum veterum tori altiores erant,
 quod hinc patet. Et apud Romanos lectos cubicularis
 altiores fuisse discub. toris licet discere ex Varronis
 lib. VII.

V. 60. ECCE SUPER FORIBUS BELLONA
 RECLUSIS) simile quid apud Virgilium habes lib.
 VII.

*Tum regina Deum caelo delapsa, morantes
 Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
 Belli ferratos rupit Saturnia postes.*

V. 71. EXECUBIAS SORTITA MANUS) Execubi-
 tores intelligit, qui apud Romanos & in urbe & in ca-
 stris adhibebantur, Virg. IX. En.

vigilum Excubiis obsidere portas

Illos sortitam *Mauum* appellat, quia sorte ducebantur.

Virg. IV. *Æn.*

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorte.

Et lib. IX.

Omnis per vallum legio sortita periculum.

Excubat -----

Apul. lib. IV. Miles. *Latrones sorte ducti noctu excubabant speculandi gratiâ.* Sidon. Apollin. lib. III. Ep. 6.

Si quid inter excubiales curas, utpote in castris saltem sortito vacabis. Atq; ut privatorum foribus Janitores, servi ostiarii aut canes appositi, ita principum vestibula vigilantes excubitoresq; insidebant. Claud. II. de laud. Stil.

----- *qua vestibulo foribusq; potentum.*

Excubat.

Propertius ad privatam matronarum custodiam traduxit:

Non mille Excubia, nec te signata iuvabunt

Limina, persuase fallere rima sat est.

v. 80. PRINCEPS GALEAM CONSTRINGIT IASON). Inter primaria Ducis munera est, incipiente bello ferrum stringere, & veram fortitudinem prævio exemplo militibus inculcare. Virgilius de Turno lib. IX.

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus

Et flammam affixit lateri, que plurima vento

Corripuit tabulas, & postibus hasit adæsis.

Ita inter primos Cyzicus introducitur ab Apollonia lib. I. v. 1030.

Οὐδ' ὄρε δῆσιότητ' ὕψ' ἰσόγγυ. αὐτίς εὐσεθεν

Οὐκ ἄδο νομφιδίυς θαλάμυς καὶ λέκτρον ἰκασίμυ.

Noſter de eodem infrâ v. 220.

Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet.
Et paulo post:

*Sevit acerba fremens, tardumq; à moenibus
agmen.*

*Increpitat: nunquamne dolor virtute subibit.
Nil ausas sine rege manus?*

Atq; hic mos etiamnum hodiè in bello, ut duces & Capitanei primi in acie sint, Martemq; voce & pravo exemplo accendant. Confer Onosandri Strategicon cap. XLII.

v. 88. *ÆGISONO QUAM NEC FERA PECTORE VIRGO*) Palladem intelligit. Illa enim à Pindaro Olympijs, *Virgo nigram ægida tenens* appellatur. Eaq; Præses belli credita apud veteres, fingiturq; scuto caput Medusæ (à Perseo resectum) colubris refertum gestare. Hinc Virgil.

*Ægidaq; horrifera, turbata Pallados arma
Certatim squamis serpentum auroq; polibant.*

Martialis.

*Accipe belligera nudum thoraca Minerva
Ipsa Medusæ quo tumet ira Dea.*

Nostrè lib. IV.

*Prima coruscanti signum dedit ægide Pallas.
Et lib. VI.*

----- *Ipsaq; Pallas* -----
Ægide terrificâ -----

v. 89. *TERRORQUE PAVORQUE MARTIS* Equi) Comitatum Martis describit, duos illi Equos Terrorem & Pavorem tribuens. Talis enim est belli Natura quæ plerumq; has habet pedissequas. Quod vero ex Hom. desumptum videtur Iliad. XIV. Ibi enim *Ἄϊον, φόβον & Ἐΐδα* Martis comites facit. Paulo aliter Virg. IIX, *Æn.*

--- --- tristefq; ex ethere dira
 Et scissâ vadens gaudet discordia pallâ
 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Idem XII. ÆN.

--- --- circumq; atræ formidinis ora
 Iræq; insidiæq; Dei comitatus aguntur.

At ambitiosus Papin. III. Theb.

--- --- comunt Furor, Iræq; cristas
 Fræna ministrat Equis Pavor aliger, ac vigil
 omni

Fama sono, varios rerum succinctâ tumultu
 Antevolat currum

V. 105. SUBIT ILIA CUSPIS OLENII) Carrio
 Olenii substituit, veterem tamen codicem Olenii ha-
 bere adferit, & an rectè conveniat, dubitat. Apol-
 lonium quoq; neutrum nominare adferit. Sed hal-
 lucinatus est. Legitur enim lib. I. Apoll. v. 202.

Σὺ δὲ παλαίηνι δέρον πρὶς ὀλείοιο

Δέρων ἐπὶ κλησίν, γενέην γὰ, μὲν ἠφούσσιο.

Nam licet hoc nomen tibi inter Argonautas numera-
 tur, nihil refert. Desumit enim illa unde potuit.

V. 117. INFECTAQUE PERNOX SACRA ME-
 DON) Excubitorum unus erat Medon, ideoq; pernox
 à Nostro rectè dicitur. Sed quæ Sacra liquit? Bona
 Dea opinor: Nam Excubiæ in Sactis Bonæ Deæ erant,
 quod Græcorum institutum fuit, ejusq; rei Auror A-
 nacharsis apud Herodotum Μεϊπομένη. Ab hac
 mente Valer. Max. lib. I. c. 2. In Jovis Opt. Max. templo
 eximiâ fasie puerum Histrionem ad excubias tenendas po-
 suit.

V. 107. PURPUREAM SINGULTIBUS) Pur-
 puream auram eleganter dicit anicam, vel sanguinem
 hominis vitalẽ. Animæ enim in sanguine homi-
 nis

nis consistit, ut habent verba Dei ad Moſen. Sic Virg. IX. *Æn.* *Purpuream vomit ille animam.* Ubi elegantī *Forſendi* verbo motus, nitorem Valerio reddi autumo, ſi pro *expulſis* legatur *exſpuit.* Purpuram ſanguinis Prudentius dixit lib. *ſe.* *ſe.* Hymn. III.

Purpura ſanguinis elicitī.

Et hymn. V. lib eod.

His purpurantem corporis

Gaudet eruorem lambere.

Cæterum ſingultibus exſpuere bene dictum, ut illud Stat. xii Thebaid. V. v. 261.

Semineces pueri trepidas in limine vite

Singultant animas.

Idem lib. III. v. 99.

--- *extremisq; animæ ſingultibus errans*

Alter nus nunc ore venit, nunc vulnere ſanguis,

Ita Spiritum exſpuere apud Senecam Thyest. v. 294. & alter Senec. III. de Irac. ult. Jam ipſum ſpiritus exſpūgnus interea dum trahimus.

v. 118. CHLAMYS IMBELLI CIRCUMVENIT OSTRO) Chlamydem belligerantes & peregrinantes ſumere ſolebant, De Belligerantibus habet Livius lib. XXV. inter hæc dicta paludamento circa levum brachium intorto (nam ne ſcuta quidem ſecum extulerant) in hoſtes impetum fecit. Virgil de Conſulibus bellum indicturis *Æn.* VII.

Ipſe Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino

Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

Gabinus autem cinctus erat è chlamyde. Serv. in locum *Æn.* VII. *Gabinus cinctus eſt toga ſic in humerum reſecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata hominem cingat.* Etiam de Exercitu habet Feſtus: *Procincta classiſ dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctus conſeſtim pugnaturus.* Claud. IV Conſ.

Patri-

In Lib. I
Patrias ſumant
Diſcolor incedat
Pollox lib. IV. is
ſuſcipit o ſeſe r. lib.
Peregrinantibus
ſumant demmo: &
conſecuti, jam la
Pacurii citat ex H
victoria aſtu elupe
Sacerdotes. Teſti
Gabinus eſt cum it
ſeuu reſtitur attra
ſitura pendant.
dentibus ne ſtatim
Gabino ritu cincti
mediis hoſtium ſta
Idem & ab Imper
lib. IV.
Conſuram
Caſareis au
v. 134. C
LA FLAMM)
tæ antiquæ mo
ſis ſacibus aci
tur. Stat. T
Prima m
Oſtendit
Claud. de r
Tiſſipho
Armato
Erant autem
Hercules nu
illos occider

Patritios sumant habitus & more Gabino

Discolor incedat Legio:

Pollux lib. IV. ἰθαπῆς, συσεμμάτων πὶ Φοινικῶν ἢ περ-
 φυρῶν ὁ ὄξυ τῶν χεῖρας εἶχον οἱ πολυμαῦντες, ἢ θυρωῖτες. De
 Peregrinantibus autē vide Plautum Merc: *Chlamydem*
sumam denuo: & de curru paulo post: Postea iam in curru
conscendi, jam lora in manus sumsi meas. Nonius illud
 Pacuvii citat ex Hermionā: *Currum liquit: Chlamyde*
contortā astu clupeat brachium. Solebant etiam sumere
 Sacerdotes. Testis Isidorus Orig. lib. XIX. c. 24. *Cinctus*
Gabinus est cum ita imponitur toga ut lacinia, que postrin-
secus rejicitur attrahatur ad pectus, ita ut ex utroq; latere
pictura pendeant. Valer. Max. Gallis Capitolium ob-
 dentibus ne statum Fabie Gentis sacrificium interrumpet
 Gabino ritu cinctus manibus humeriq; sacra gerens per
 medias hostium stationes in Quirinalens collem pervenit.
 Idem & ab Imperatoribus postea factum. Corippus
 lib. IV.

Censuramq; piam servans gravitate resedit

Cesareos augens habitus ritusq; Gabinos.

V. 134. CERTA REGENS ADVERSÀ SPICHA-
 LA FLAMMÀ) Videtur alludere ad pervertitum mili-
 tiarū antiquarū morem, quo ante inventas tubas incen-
 sis facibus acies instructas præibant & comitaban-
 tur. Stat. Theb. IV.

Prima manu rutilam de vertice Larisseo

Ostendit Bellona facem.

Claud. de raptu lib. I.

Tisiphone quatiens infausto lumine pinum

Armatus ad castra movet pallentia Manes.

Erant autem isti *πυροφάγοι* in tutelā Mattis. Sed
 Hercules nullam hujus rationem habet, quoniam
 illos occidere nefas erat. Hinc Proverb. illud na-

τυμ

tum autumo. Oude ó πνευφόςος έστ'ην. Contenta v. 136 nihil aliud significat quam cursu concita. Sic Claudianus lib. II. in Eutropium de hastâ :

----- illa per auras


Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Fransilit & Frigie in medsis adfigitur oris.

V. 140. TELECONTA SINIT DELICATAQ;
ORA SECURI) Hic versus quomodo sibi constet non video. Nec ab aliis illum restitutum reperio. Carrio veteris Cod. autoritate pro *Dissectaq;* (quod alii vulgati habebant) *delicataq;* substituit. Quod quâ lege quave fronte admitti potest? Neq; enim Poëtam syllabarum leges ignorasse verisimile est. Repono ergo *Delectâq;* ora securi: ut sensus sit: Teleconta stratum esse securi ad hanc rem delectâ. Sic Delecti viri dicuntur aufferlesene Männer. Hoc tamdiu tueor, donec ab aliis melius substitutum videro.

V. 143. HAS PRECOR EXUVIAS Ó PRIMA
CADAVERA NOSTRO LINQUITE AIT FERRO)
Inconveniens est ferro bis in eodem versu poni. Ideoque Ioann. Baptista Pius pro ferro, ferto substituit. Est enim, inquit, fertum lautî sacrificii genus: & ob id in precedenti versu legitur pro: O prima, & opima. Citat huc Locum Lucili: *Ædepol ferto omnia sum circumlatus.* De hoc ferto Pompejus: *Fertum genus libi quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine altero genere libi, qui quæ offerebant struofertarii appellantur. Alibi etsi mendosis exemplaribus struofertarios dicebant, qui quadam sacrificia ad arboris fulgoritas faciebant à ferto quodam sacrificii genere, quod adhiberetur in lustrationibus.* Indicat Cato in re Rust: *Mars pater te quaso precorq; uti sis volens propitiussq; mihi domo familiâq; mea, quo jus rei erga agrum terram fundumq; meum solitaurilia circumagi iussi, uti tamen orbis visos in visosq; viduertatem vastitatemq; calamitatem intemperiemq; prohibessis, defendas a verruncesq; uti tu fru-*

ges frumenta, vineta, virgultaq; grandire, beneq; evenire
 sinas, pastores pascuaq; salva servassis, divinq; bonam sa-
 lutem, valetudinemq; mihi domus familiaq; nostra ha-
 runce rerum ergo, fundi, terra agriq; mei lustrandi lustriq;
 faciendi. Ergo sicuti dixi mactæ hisce solitaurilibus lacten-
 tibus immolandis esto. Item esto. Item cultro facito stru-
 em & fertum uti adsiet. Hæc Cato. Ex cujus verbis
 expiationem quandam circumlatitiam fieri solitam
 ferro circumlato Baptista intelligit, in qua fertum id
 genus adhibebatur, Tu vide Lector utrum ex his se-
 qui velis. Ego ut ferro tolerari non posse autumo,
 ita potius cum nonnullis legerim Feretro,

V. 147. PERGUNT RUPTA TESTUDINE FUSI)
 Intelligit aciem militarem quæ olim ira instruebatur
 ut conjunctis scutis tectum quasi efformaretur testu-
 dinis in morem. Quæ de re fusè Flav. Vegetius de
 re militari. Vel aciem Lunarem, item antiquis usi-
 tatissimam, quæ in modum excavatæ testudinis collo-
 cabatur hoc pacto :



De quâ Claudius Alkanus *Tacticâ* sive de instruendis
 aciebus cap. 43. ἀντιώχεται δὲ πρὸς ταῦτ' ἡ μηιοειδὴς
 τῆ κέρου ἔχουσα ἀεὶ ἀποδύδρα καὶ ἐν αὐτοῖς τὴς ἡγεμόνας
 τὸ μέσον κοιλῶνται ὡς τὸ κυκλῶσαι τὴν ἰππικὴν δυνά-
 μιν περὶ τὴν ἀσπίδα ἡ.ε. in pugna huic opponitur Me-
 noeides seu Lunaris Phalanx, cornua precedentia habens. ἐν-
 que

quo iis duces suos ac in medio castrorum se ostendens, composita
 in hoc ut equestrem manum circumveniat. Polybius
 lib. III. Historiarum ubi pugnam Romanorum & Car-
 thaginienfium ad Cannas descripsit, de Annibale
 Ἐπὶ δὲ πάντ' ἐπὶ νύκτ' ἐν δὲ τῶν ἐξέτερε μὲν ταύτῃ λαβὼν τὰ
 μέσσα τῶν Ἰβηρῶν καὶ Κελτῶν πόνυμα καὶ ἀσπίδα καὶ τὰ ἄλλα
 ταύτοις δὲ τὸ κτ' λόγον παραλείπει ζυγῶντα μηχανοειδὲς ποῖον τὴν
 κούρτωμα, καὶ λεπυρίων τῶν τέτων αὐτῶν ἄνυμα. id est
 Postquam vero omnes in unam rectamq; frontem extendit,
 tum deinde acceptis Iberorum & Celtarum qui medii erant
 agminibus progressus est, ac reliquis quæ cum iis jugum fa-
 ciebant pro ratione succedentibus Lunarem gibbositatem
 efficiebat, horumq; ipsorum formam attenuabat. De-
 scriptiones hæ & adumbratio ipsa aciei satis osten-
 dunt quam Lunæ formam autores intelligant. Di-
 citur enim tum Luna Astronomis μηχανοειδὴς cum post
 triduum à cœtu solis in cornua duo curvatur. Σιγμα-
 τοειδῆ appellat eandem formam Onofander cap. XXI
 quod Græcorum literam Sigma quæ ita olim pingeba-
 tur C. (non Σ) representat.

V. 159 DORCEA QUI DULCI FESTIS ASST-
 STERE MENSIS) Inconviviis priscorum alias inter
 delicias Musica etiam obtinebat. Ideoq; Themisto-
 cles cum recusasset lyram habitus est indoctior. Pleni
 undiq; hac de re scriptores. Noster lib. I.

Vinaq; & æquoreos inter cum conjuge Divos
 Aeacides, pulsarq; chelyn post pocula Chiron.
 Philippus quoq; Macedo inter cœnandum reprehendit
 Cantorem, at ille: Ne tam mali tibi eveniat ò rex
 ut ista melius me scias. Plutarch, in libr. de discrimin.
 adulæ. & amici: Ammian. Marcell. lib. XXX. Cumq;
 apponerentur exquisita Cupedia & ades ampla nervorum
 articulato perflatiliq; sonitu resultarent. Sil. Ital. lib. VI.
 Pun.

Cui nocturnum
 Post epulas tibi
 v. 161. Ne

TRA TIRYNT

hant, ut hodie

orum pugna

Imperatori adfer

Exerc

me descriptam

Magna eni

v. 169. Occu

Armis) Irania e

Talischillio Py

Pelide genit

Degeneren

Non movere

men

Traxis, &

Implicui q

Exulit, ac

v. 209.

SUSCITAT

aliquo. Pro

autem Vesu

Campaniæ ve

flagravit ut Pl

imperante Tito

Junis & cum h

*Cui nocturnus honos, funalia clara, sacerq;
Post epulus tibicen adest.*

v. 161. NEC PHARETRAM AUT ACRES ULTRA TIRYNTHIUS ARCUS) Sagittis veteres pugabant, ut hodiernum Saraceni & alii. Estq; acerrima earum pugna. Unde autor rei militaris, quæ Leoni Imperatori adscribitur, c. 18. Κατίπλιξε τὸν στρατὸν τοῖς ὄπλοις κατὰ τὸν ἠδῆ σὺ διοραθεῖν τε τύραν, καὶ μάστιγα τοῦ εὐελίου καὶ σαγίτταις πλείοσι. Μέγα δ' ὄπλον καὶ δευσιέλιον ἢ τοξεία. Exercitum tuum armis teges ad formam à me descriptam. Inprimis arcibus sagittisq; plurimis. Magna enim arma & efficacia sunt sagittæ.

v. 169. OCCUMBENS I NUNC AIT HERCULIS ARMIS) Ironia est juxta illud Aſcanii lib. IX. Αἴν.

---- verbis virtutem illude superbis.
Talis est illuſio Pyrrhi Priamum occidentis An II.

---- referes ergo hæc & nuntius ibis
*Pelide genitori, illi mea tristitia facta
Degeneremq; Neoptolemmum narrare memëto.
Nunc morere: hæc dicens altaria ad ipsa irementem.*

*Traxit, & in multo lapsantem sanguine neis
Implicuitq; comam levâ dextrâq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenuis abdidit ensem.*

v. 209. VESUVIUS-ATTONITAS ACER CUM SUSCITAT URBES, Sabellicus legit *Vesubius* è codice aliquo. Præcul dubio *Vesuvius* dicere voluit autor. Est autem *Vesuvius* vel *Vesuvius* mons prope Neapolim in Campaniâ verbis Metz lib. II. c. 4. Is aliquando conflagravit ut Plinius in Epist. testatur. Eusebius; *Vesuvius* imperante Tito tantum ex se incendii emisit ut vicinas regiones & cum hominibus urbes exureret, Papinius:

Non

*Non adeo Vesuvius apex aut flammea diri
Montis hyems, trepidus exhausit civibus
urbes.*

Alii legunt *Vesulus attonitas*, qui secundum Melam d. l. est mons Liguria, juxta alpes in cujus imis radicibus Padus nascitur parvis se primum fontibus colligens & aliquando exilis ac macer, mox aliis annibus adeo augetur, ut se per septem ad postremum ostia effundat: Vnum de illis magnum, Padum appellant. Hæc Mela. Alii Padum ex jugis Pœnini ortum habere putant de quo Strabo lib. IV. Geogr. Videat æquus Lector quid dicendum, Ego enim vocum Emendationes aliis relinquo.

v. 211. LENTIS HÆRET NŌX CONSCIA BIGIS) Lunæ dabantur bigæ. Ita Gratius Poëta, v. XXXIIX.

--- --- --- *Lunæ*

Sidera ceruleis orbem pulsantia bigis.

Soli vero quadrigæ, duo equi, duæ equæ. Ultraq; paria separatim, quare Funales vocat Hyginus cap. CLXXXIII. Sed tamen tres fœminas nominat idem: Alii omnes quatuor fœmellas. Cur autem equi Soli attributi: eleganter Beda exponit in libris Regum Quest. XXIIIX. Audientes Græci ab Israheliticis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru & equis igneis ad cœlestia translatus, vel hoc ipsum in pariete depictum videntes, crediderunt viciniâ decepti nominis Solis hic transitum per cœlos esse designatum: & miraculum divinum commutaverunt in argumentum erroris, humana stulticiâ commentum. Ait Beda viciniâ decepti nominis: Quia ἡλιος accentu in priorem syllabam rejecto & α. in ο. mutato fit ἡλιος. Inde porro factum ut Sol cum equis sit pictus, Sedulius convenit, de Helix adscensu canens.

Quam

*Quam vel fulminei pralucent semita cæli
Convenit Helia, merito qui nomine fulgens
Hac ope dignus erat: nam si sermonis Achivi
Vna per accentum mutetur litera, Solest.*

Ex numero equorum quaternario, originem porro traxere 4. aurigarum factiones, anni tempora coloribus suis representantes, *Prasina, Russæa, Candida, Veneta*. Agathias lib. V. Ἀλλὰ μὴ ἀσθητοὶ καὶ ἀνακτιρτοῦσι σπείσι κινήσεις ἀλόγους, καὶ δηλώσεις ἰσχυρὰς, καὶ ἴσπων ἀμίλλας τοῖς χεῖμασι μεμελοσμένας. Plinius de hoc Corippus lib. I.

*Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere Patres, qui quatuor esse
Solis equos quadam rerum ratione putabant.
Tempora continui signantes quatuor anni.
In quorum specie signis, numerisq; modisq;
Aurigas totidem, totidem posuere colores. &c.*

vide Cassiodori Varias, & Iuliodori lib. XIIX, cap. XXXIIX, qui *Prasina* & *Veneta* tantum meminit.

v. 224. FUNDO VELUTI CUM CÆUS IN IMO
ita rectè legunt Sabellicus & Janus Parrhasius. Est enim Cæus & ipse Titan Latonæ pater ut Ovidius canit:

*Te duce vel Jovis arma canam, cæloque mi-
nantem*

Cæum & Phlegreæis Oromedonta jugis.

Claud. de raptu Proserp. lib. III.

Exsultat Cæi spoliis.

pro quo alii malè legunt *Caci*. Nam Cacus inter Gigantes hautquaquam nominatur. Rectius nonnulli legunt *Zancli*. Est enim Zanclus urbi Siciliæ suppositus, cui abs se nomen dedit ut tradit Stephanus.

Rectè autem mox Saturnum addit. Nam & illum vinculis oneratum finxit vetustas. Unde in omnibus fanis Rom. vincla Saturno injecta erant, quæ festo ipsius solvebantur. *Lucian. in Saturn. Arn. l. IV.*

V. 232. ET MOTIS ULULANTIA DINDY-
MIA SACRIS) Dindymon mons est Phrygiæ in quo hæc sacra peragebantur: Scholiastes Apollonii ad v. 985. lib. I.

Ἡ οἱ δ' εἰστανέβου μέγα Δινδύου.

Δινδύου αἰτ' ἵπ' Ἐκβύλλου, ἰσθῆν τῆς Πριάς. Ἀπὸ τὰ διδύμου
μαστῆς ἐν αὐτῷ ἀνῆκεν ὡς φησι φιλοσόφου; ἔπειτα πρὸς τὴν
ἡρόδοτον σύμπασα δὲ ἢ Φρυγία ἰσθῆν τῆς Πριάς ἢ Ἀπὸ τὸ διδύ
ἔχεν ἔπειτα καλεῖται. De his ita Strabo lib. X. Liberi
ministri sunt Satyri, Baccha, Lena; & Thia & Mimal-
lones & Naiades & Nympha & quos Tityros vocant. Hæc
& ipsa Jovis sacra in Creta per solemnem Ceremonia ri-
tum celebrantur talibusq; ministris. Baccho autem ad-
sunt Satyri. Hos Curetas nominabant: adolescentes quos-
dam armisonam quandam cum saltibus agilitatem eden-
tes: proferentes quandam de Jovis origine fabulam. In
qua Saturnum introducunt, mox filios ut in lucem editi
fuerint devorantem, Rheam vero dolores pariendi dissimil-
lare conatam, natum infantem longe ablegantem, & ei
salutem pro viribus comparantem. Quandoquidem ad-
rem adjuutores, Curetas adsurrere. Illi cum tympanis
saliq; strepitu, armisonantiq; choreâ tumultuantes Deam
curiose circumstant, ut Saturnus attonitus & oblivione
involutus avulsam non agnoscat infantem. Tales igitur
Græci ad orgiorum celebrationes sunt. Simpliciter vero
Phryges Trœsq; propè Idam habitantes Rheam præcipuo
venerantur honore, cujus orgia frequentantes, hæc qui-
dem Deorum matrem vocant, & Vestam & Deam Phry-
giam magnam: à locis Ideam & Dindymenam & Phylla-
nam & Pessimuntiam & Cybelen. Hæc Strabo, in cu-

Juste citandis verbis me non piget immorari. Optime etiam hunc locum Flacci illustrant.

v. 240. ÆSONII VENIT HASTA DUCIS. 3

Idem habet Apollonius lib. I. v. 1032.

Ἀλλὰ μιν Αἰσονίδης τετραμμένον ἰθὺς εἶο
 Πλῆξεν ἀπαιξίας ἤδη ὄμιέσσαν, ἀμφὶ δὲ δεσφῆ
 Ὅστέον ἑρραϊότῃ ὄδ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἐλυθείς
 Μοῖρα γὰρ ἀνεπλήσεν, τῶν γὰρ ἦμίς ἐπέτ' ἀλύξω
 Θνητοῖσιν.

v. 264. CEN PAVET AD CRINES ET TRISTIA PENTHEOS ORA) Narrat Valerius fabulam, quam Ovidius habet lib. III. fab. X. Cæterum quod Pentheus matri visus imagine Tauri, à Valerio narratur: Id Ovidius d. l. ita commemorat:

*Prima suum misso violavit Penthea thyrso
 Mater, & ò gemine clamavit adeste sorores:
 Ille aper in nostris errat qui maximus agris
 Ille mihi ferientius aper.*

Ubi pro Tauro aprum fuisse dicitur: Perfrus vitulum ponit.

*Et raptum vitulo caput ablatura superba
 Bassaris*

Catullus Juvencum substituit:

Pars è diverso tractabant colla Juvenco.

v. 273. CUR ETIAM FLAMMAS MISEROSQ;
 MORAMUR HONORES) Vide ut statim illucescente die de sepulturâ cælorum solliciti sint ! Quod bene Valerius noster ut pleraq; alia scripsit. Neq; enim res caret observatione. Efferebantur enim tempore matutino, nocte jam decrescente. Callimachus.

Ἡῶι Μελέαντι πονεῖν ἰθάπτομυ, ἡελίς δὲ
 Δυομένης βασιλῶ κάτθανε.

Heraclides de Alleg. Hom. H' δὲ πηλοῖον ἐδ' ἔπε

σάμα & τῶν κακόντων, εἰσεδὼν ἀναπαύσθηται ἔθιμ, μή
 νυκτὸς εὐκομίζεν. μήθ' ὅπην ὕπνῳ τὸ μεσημέριον ἐπι-
 τείνηται θάλαττα. ἀπὸ δὲ πρὸς βαδῶν ἔρταται ἀπύρετος κί-
 ἀκῆσιν ἀνιόντ'. Cicero pro Cluentio: Ante noctem
 mortuus, & postridiè ante lucem combustus est. Legi-
 mus quoq; apud Virgilium Æn. XI. Pallantem Evandri
 filium manè efferrì.

*Oceanum interea surgens aurora reliquit
 Aeneas quanquam & sociis dare tempus hu-
 mandis*

*Precipitant curæ, turbataque funere mem-
 est. &c.*

Et paulo post de humatione reliquorum caesorum.
*Aurora interea miseris mortalibus alma
 Exiulerat lucem, referens opera atq; labores.
 Jam pater Aeneas jam claro in litore Tarci
 Constituere pyras, huc corpora quisq; suorum
 More tulere patrum.*

Nec solum mane, sed & statim postridiè mortuus ef-
 ferri observavi. Callimachus:

Δαίμονα τίς δ' ἄοϊδα τὸν αὔριον ἠνίκαι καί σε
 χέμι τὸν ὀφθαλμοῖς χιθίζον ἐὼ ἡμετέρῃς
 Τῇ ἰπτοῦ κλωσάντις ἐθαπτοῖμ.

Cicero dicit luc. Eo ipso die puer cùm horâ undecimâ in
 publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridiè
 ante lucem combustus est. Hinc intelligenda Pherecy-
 dæ verba jam jam mortem expectantis in Epistola
 ad Thaletem. Καὶ ὡς εἶπ' αὐτοῖσιν ἦκεν εἰς τὸ ἐπι-
 παύειν ἐπὶ τὰς φερκεύδων ταφὰς. Plura de ritu funerum
 cum cura notavit Clar. noster Johannes Kirchmannus
 in de funeribus Roman. Adi etiam incomparabilem
 Meursium nostrum. Spicil. Theocritico, ubi & de
 aquâ mortuis libandâ agit.

V. 273. MISEROSQUE MORAMUR HONOR-
 RES) Humatio membrorum ultimus honor hominis.
 Virgil. Æn. XI.

*Interea socios inhumataq; corpora terre
 Mandemus, qui solus honos Acheronte sub
 imo est.*

Et post in funere Pallantis.

----- toto lectos ex agmine mittit
*Mille viros qui supremum comitentur hono-
 rem:*

*Inter sintq; patris lacrimis, solacia lactus
 Exigua ingentis misero sed debita patri.*

Spiritus sanctus etiam in codice S. summum defuncto-
 rum honorem laudat sepulturam. Unde Deus inter
 alias minas sui in delinquentem populum furoris,
 etiam sepulturæ privationem ponit Jerem XVI. & ali-
 bi passim. Quæ ob id Virgilio etiam Malum ap-
 pellatur. VI Æn.

*Eripe me his invicte Malis, & tu mihi terram
 Iniice.*

Rectè quoq; Ariminus poëta verus:

*Humano generi posuit Natura creatrix
 Hanc legem ut tumuli membra sepulta tegant.*

Aurel. Cassiod. lib. I. Ep. 19. *Inhumatam quoq; reve-
 rentiam ejus funeris abjecerunt.* Prima igitur mortua-
 rum infelicitas, carere sepulchro, cui proxima, ab
 avibus discerptum esse. Confer eundem Cassiod lo-
 cum. Hinc Augustus apud Svetonium c. 13. *Cuidam
 sepulchrum petenti, respondit, jam illam in-volucrum esse
 potestate.* Lucan. lib. IV. v. 601.

----- *Libycas en nobile corpus
 Pascit aves* -----

V. 279. PARS SERA COMPONENT LUMINA
DEXTRÂ) Respicit ad veterem Græcorum morem,
qui & Romanis usitatus, quo mortuorum oculos sugillabant, de quo fuse habes apud Plutarchum. Propertius:

*At mihi nō oculos quisquam inclinavit euntis,
Condita sunt vestrâ lumina nostra manu.*

Virgil. ÆN. IX.

— — — — — *nec te tua funera mater
Produxit, pressive oculos.*

Romanis interdum id facere, lege Mœniâ interdictum erat. Varro: *Lex Mœnia est in pietate, ne filii patribus tui claro sugillent oculos.* Ideoq; vulgo infelices habebantur, quorum oculos propter absentiam, parentes aut propinqui claudere non potuissent. Uldo Virg. ÆN. I.

— — — — — *ō terq; quaterq; beati
Quis ante ora patrū Trojæ sub mœnibus aliis
Contigit oppetere.*

V. 290. TE TAMEN IGNARUM) Oratio Jasonis est adfectu plena, cujus Apollonius ne verbulo meminisset. Qua in parte Noster illō longe superior est, quod jam bis noto.

V. 312. DATE DEBITA CÆSIS MUNERA)
Veteribus in more positum ut dona in rogum coniectarentur testandi adfectus gratia, quæ si ab amicis funus prosequentibus in rogum conijcerentur, peculiari nomina Munera appellabantur, ut ex hoc loco videte est & aliquam multis aliis. Statius lib. III. Sylvarum:

— — — — — *nos non arsurâ feremus
Munera: venturosq; tuus durabit in annos
Me monstrante dolor.*

Suetonius in Cæsare cap. LXXXIII. *Præferentibus m-*

vera quia suffecturus dies non videbatur, praeceptum est ut
omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis portaretur
in campum. Tibull. lib. II, Eleg. IV.

Seu veniet tibi mors, neque erit qui lugeat ullum
Nec qui det maestis munus in exsequias.

Eodem modo Δάρεξ. Graecis. Nicarchus:

Αλλὰ κόρηι τὰ παιδί λεχάϊα δάρεξ φέρουσι

Θερμά τ' ψυχρὰ δάκρυα χεῖτε τὰ φε.

Εντέφια vocat Xiphilinus in Severo. Es est πύθιον τὸ
εντέφια εὐεβλήθη, καὶ ἡ κλίνη εὐεπίη. In hunc rogum
conjectis iis quae parentandi causa allata erant lectus
impositus est. Hujus autem generis potissimum erant
vestimenta. Virgilius in funere Miseni:

Purpureasque super vestes, velamina nota
Injiciunt.

Silius Italicus lib. X. de funere Pauli.

----- jamque Hannibal unus
Sat decoris laudator erat, fulgentia pinguis
Murice suspirans inicit velamina, & auro
Intextam chlamydem ac supremo adfatitur
honore.

Lucanus in Personâ Corneliae de rogo Pompeii:

Collegit vestes miserique insignia Magni
Armaque & impressas auro quas fecerat olimus,
Exuvias pictasque togas velamina summo
Ter conspecta Jovi funestoque intulit igni.

Plutarchus quoque Catone Minere, in funere Cypri-
onis, quod ipsi frater Cato fecit odoramentorum vesti-
umque preciosarum unâ crematarum meminit. ἄρα
πεθνηκότ' ἔ Καπίων, εἰσπαίξες τερον ἔδοξεν ἡ φιλοσοφί-
α τερον εὐεγκεῖν τὴν συμφορὰν εἰ μόνον κλαυθμοῖς καὶ ἀφι-
πύξοσι ἔ νεκρῆ καὶ βαρύτητι λύπης, ἀλλὰ καὶ δαπάνη ἀεὶ
ἐφ' αὐτῶ καὶ πτωχευματίας θυμιαμάτων καὶ ἰματίων πο-

ἄτελῶν συγκατακίονταν. Sic Tacitus lib. III. Annal.
de funere Germanici. Atq; ubi colonius transgredere-
tur atrata plebes trabebant equites, pro opibus loci, vestem
edores, aliq; funerum solemnia cremabant. Præter ve-
stes arma etiam ac varia ornamenta quibus vel defun-
ctus in vitâ usas fuerat, vel ii qui funus prosequen-
tur exculti erant in rogam conjecta sunt. Senecâ te-
ste Hercule Oetæo v. 1662.

*Hic nodus nullâ quem capiet manu
Mecum per ignes flagret: hoc telum Herculem
Tantum sequetur.*

Hinc Elpenor Ulystem ut se cum ermis comburat lib.
odys. λ.

Ἀλλ' ὡς κακῆσσι σὺ τὸ χρεὶν ὄσα μοι εἶπες.

Virgil. lib. XI. Æn.

*Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas ensesq; decoros
Frenaq; ferventesq; rotas: pars munera nota
Ipsorum clypeos & non felicia tela.*

Et hæc sunt Valerio debita castis Munera.

v. 322. TRIVIÆQUE POTENTIS OCCIDIT
ARCANÂ GENITRIX) A Diis mortem hominibus
immitti credebant veteres, præsertim velocem &
mortis eos autores putabant: Noster de morte Cyzici
supra v. 27.

*Cyzicus ingenti præde deceptus amore
Assuetum Phrygiæ Dominam vectare per
urbes*

*Oppressit jaculo redeuntem ad frena Leonem:
Et nunc ille jubas captivâq; postibus ora
Imposuit spoliū infelix, divâq; pudendum.
Et deinde v. 341.*

quâ

quàm nunc incognita vellet
 Lustra sibi, nullosq; datos venaribus annos.

Homerus occidi facit ab Apolline & Dianâ qui morbo moriuntur, præsertim vehementi & acuto, ut ab Heraclide Pontico scriptum est: hinc illud ejus:

ἔλθ' ἂν ἀργυρὸς τοξῶν ἀπόλων. ἀρτέμιδι ξυῖ
 οἷς ἀθανοῖς βελέεσσι ἐπιχόμῃ κατέπεφεν.

v. 330. ILLAM VIX GEMINO MÆRENS CUM
 CASTORE) Gemelli erant Castor & Pollux quod in vulgus etiam notum. De his Catullus:

Gemelle Castor & gemelle Castoris.

Vide Liv. Gyraldum synrag. Male itaq; alii geminam legunt. Legitur autem Castor ubiq; ut pugil optimus: unde in hac pugna acer bellator introducitur. Homerus Iliad. γ.

Δοῖα δ' ε' δῶκε μὲν ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν
 Κάστορε δ' ἰσπόμενον, καὶ πύξ ἀγαθὸν πολυδόκιμον

Item Odyss. XI.

ἢ ῥ' ὑπο Τυνδαρίῳ κρατερῶφρονι ἐγένετο παῖδα
 Κάστορα δ' ἰσπόμενον, καὶ πύξ ἀγαθὸν πολυδόκιμον.

Propertius lib. III. Eleg. XII.

Qualis & Eurota Pollux & Castor aretis

Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Senec. Medea:

Cedat Castore cum suo

Pollux castibus aptior.

Arnobius lib. I. Tyndarida Castores, equos unus domitare consuevit, alter pugillator bonus, & crudo inexsuperabilis castu. Ovid. Met. IIX.

*Tyndaride gemini præstantibus castibus alter
 Alter equo.*

Confer Hor. lib. I. Carm. Od. XII. str. VII.

v. 331. COMPRESSAQUE COLLA TRAHEN-

N S

TEM)

TEM) Hic Valerius mortem Clites violentam respicit, de qua Apollonius fufius, quod Clite vitam fibi finiverit laqueo, post mortem mariti. Verba lib. I, v. 1062. sic habent:

Οὐδε μὲν ἐδ' ἄλοχ' Κλείτη φθιδύμοιο λείλοιπτο
 Οὐ ποῖσι μετόπισθε' κακὰ δ' ἐπὶ κύνεσσιν ἄλλα
 Ξυσοῦν. ἀψαυμένη βεβήχον ἀυχένοι.

V. 333. CERTATIM DECORANTQUE PY-

RAS) Veteres cadavera combussisse multis demonstravit vir Literatissimus Johannes Kirchmannus in de fun. Rom. Exemplum unum cito ex Lycophr.

ἢν αὐτῆς πατήρ
 στερκὰς κακῶτων λοφύσι δαυήσατο
 Διπτυνὶ ἔτρεμσσαν εἰδαίαν θεῶν,
 εἰξηναίξεν οἱ ποτ' ἀξίφα δόλω
 νέκυς, πνὶ ἀδλῶ δεξιέμυθ' πύλας
 λώσσει σε τλήμον δάπτερον πυρρυδύλω;

Rationem hujus reiradit Homeri Scholiastes Iliad. ad τὸ παλαιὸν τὰ σώματ' αὐτῶν θνητῶντων ἀπὸ τῶν ἐκείνων, ἀλλ' τὸ ἀπίεπτα γίγνασθ'· εἴθ' ἕτις ἐθαπτετο ὑπὸ γῆν. &c. Quintilianus Decl. X Vanā ergo Sapientes persuasione frustrati, qui constare homines & perfici corporis alimentis animarū, dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut siccā humidis, calidā frigidis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus adfici, aut novissimis annis, aut senectute dissolvi. Animam vero flammæ vigoris impetum peremnitatemq; non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium autorem parentemq; spiritum ducimus, nec interire, nec solvi, nec ullo mortalitatis adfici fato: sed quod dies humani pectora carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi se igne iustraverit, perere sedes inter astra.

V. 334. VADIT SONIPES CERVICÆ RE-

MISSA) Equum intelligit, funus Cizyqi comitantem;

Tristi habitu lucum testantem. Virgil. in funere
Pallantis *Æn.* XI.

Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus:

Post bellator equus, positus insignibus Aethon

It lacrumans, guttisq; humectat gradibus ora.

Idem mos hodiernum ab Equitibus auratis in funeri-
bus observatur.

v. 340. DAT PICTAS AURO ATQUE ARDEN-
TES MURICE VESTES) Vestes in rogam conjici so-
litas ab amicis funus comitantibus, supra ad v. 312,
notavi. Et cum curâ deducit Kirchmannus noster.
Observavi autem inter hæc munera etiam aquam ef-
ferri solitam inferis libandam. Orpheus, *Argon.*

ξένῳ ἐν ψαμάθοισι
Κεῖται δὲ φθιμένοιο, τὰ ὀκτέρεα κτερεῖσσι
Παιμυήτεσσι. Ρέη κέλεται γέρας, ἠδὲ ἴλοιβας
Δένον ὑπὸ χροῖοισι

Et postea.

αὐτὰρ ἔρωσε
Ψυχὴν ἐλασσίμην πένθεον μελιγμάτῳ χύτλων
Υἷδα πὸ ἠδὲ γάλακτι μελισορυπῶν δ' ἀπὸ νοσμάτων
Λοιβῶς συμπεσείων

Apulejus de Mundo. Diis sacrificatur, Gaviis ministran-
tur, obitus libatione profunditur. Hanc autem aquam si
vir excessisset aut scemina portabant mulieres quæ
ἐγχυσεῖς εἰμι dicebantur. Etymologici autor, ἐγχυσεῖ-
ς εἰμι αἰ τὰς χάσας τοῖς πεπλοσθηκόσιν ἐπιφέρουσι. Sin ju-
venis quispiam aut virgo, fangebatur eo munere
puer genere proximus. Idem Etymolog. ἰδῶ δὲ ἦν
καὶ ἀγάμων δὲ παρ' ἀνόντων λεγτοσφορεῖν. τῶν δὲ ποιῶν ἦν
πῶς ἀφ' ἑνὸς ἐγχυσεῖς γενεσ. Vide Harpocratio-
nem in voce λετὰ & λετσοφορεῖν. Hesychium item
& Suidam. Ad infantium tamen sepulchra ea aqua
non elata. Plutarch. in Orat. Consol. ad uxorem.

τίς δὲ πατρῷος καὶ παλαιός ἦτο καὶ νόμοις ἐμφανέτω
 μάλλον ἢ πρὸς τέτων ἀλήθεια· τοῖς δὲ αὐτῶν νηπιόσι δάσκα-
 λῶσιν ἔπειτα ἐπιφέρει, ἔπειτα ἄλλα δρώσι πρὸς αὐτὰ, οἷα
 εἰκός ἔστω ἰανόντων πρὸς τὰς ἄλλας.

v. 341. QUAS RAPUIT TELIS FESTINA)

Tela sunt instrumenta textorum ut notat Josephus
 Scaliger ad Tib. lib. II. El. 1.

*Atq; aliqua adsidue texitrix operata Minerua
 Cantat, & apploso tela sonant latere.*

Atq; hæc in plurali: at in singulari alia Tela significat
 tio nempe lanificium ipsum. M. Manil. lib. IV.

Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas.

Cælius Simposius ænigm. XVII. Aranea.

Pallas me docuit extendi nosse laborem

Nec teli radios pofcunt, nec licia tele

*Nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia
 fiunt.*

Ovid. IV. Met. fab. I.

Telasq; & calathos, infectaq; pensa reponunt.

v. 347. INDE TER ARMATOS MINYIS) Sic
 legit Baptista Egnatius in Racemationibus suis; ubi
 alii habebant *Per pro ter*. Vetus enim mos erat *Ter ro-*
gum circuire. Virgil. Æn. XI.

----- *Huc corpora quisq; suorum*

More tulere patrum, subjectisq; ignibus atris

Conditur in tenebras altâ caligine cœlum

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis

Decurrere rogos, ier mæstum funeris ignem

Lustravere in equis, ululatusq; ore dedere.

Apollon. lib. I. v. 1058.

----- αὐτὰρ ἔπειτα
 Τεῖς πρὸς χαλκείοις δίχου τέρχουσι δινηήντες.

Τύμβω

Τὸ μὲν ἐνεκπερίεξαν ἐπειρήσαντο πῖν' ἀέθλων
 ἢ θεμῖς, ἀμπεδιόν λοιμώϊον

v.383. QUIPPE NEC IN VENTOS NEC IN
 ULTIMA SOLVIMUR OSSA) Hæc piè adeo à Poëta
 dicuntur, ut nihil magis potuerit. Videat ergo te-
 trica illa Cætonum cohors, quæ cum ad inspectionem
 Scholarum evecta est, pietatem in Juvenum animis
 tolli putat si non statim Poëtas omnes indiscrimina-
 tim è scholis exturbet. Certè invenias passim in poë-
 tis Ethnicis.

Quæ scripta cultus edoceant bonos

Quæ justa monstrent, quæ pudicas

Expoliant pietate mentes.

Quid Christianè magis Seneca Trag. docere potuit,
 quàm manere suas pœnas noxiis, sua præmia Justis?
 Quid elegantius & Christianius illo apud eundem in
 Thyeste?

Nulla vis major pietate vera est.

Quid illo apud Virgil.

Discite justiciam moniti & non temnere Deos.

Horatium Div. August. in primis Juvenibus legen-
 dum præscripsit eo quod non modo Justiciam, invi-
 tam animi magnitudinem, religionem in Deum &c.
 sed & contra perfidiam, Injusticiam, prodigalitem,
 libidinem atq; alia omnia vitia acerbè exagitet. Ita
 hic habes evidentem locum Ethnicæ de Immortalitate
 animi. Aliud sanè Lucretius sentit lib. III. de Nat.
 rerum.

Ergo dissolvi sic convenit omnem animam

Naturam ceu fumus in altas aëris auras.

Item alibi:

*Mortalem tamen hanc animam fateare ne-
 cesse est.*

Nec

*Nec refert utrum pereat dispersa per auras,
An contracta suis è partibus obbruescat.*

Sed pleriq; aliud statuerunt. Ita Plato plurima de Immort. Animæ elegantissimè scripsit, quæ Cleombrotus quidam Ambraciota legens, in mortem exaltis se præcipitavit. De quo Callimachi illud habetur lib. III. Florileg. Græc.

Εἰπέ τις ἤλις χάρε Κλεόμβροτο ὁ ὑβραχιάτης
ἤλατ' ἀφ' ὑψήλων τεύχεσσι εἰς αἶδην.

ἄξιόν ἐστιν ἰδὼν ἵεῖν ὅτε κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
ἐν τῷ περὶ ψυχῆς γόγγυσι ἀναλεξάμενος.

Nos quomodo olim verterimus Laurifolia nostra vide.

v. 386. PATET ILLIS JANUA LETI.) Vide
annon ex illo Virgillii sit lib. VI. Æn.

----- *facilis descensus Averni*
Noctes atq; dies patet atri janua Ditis.

v. 389. QUI SQUE SUOS SONTES, INIMICAQ;
PECTORA PŒNIS IMPLICAT) iterum ex illo est
lib. VI.

*Quisq; suos patimur Manes, exinde per amplū
Mitimur Elysium & pauci leta arva tenemus.*

v. 393. HOS VARIIS MENS IPSA MODIS)
Describit malam conscientiam. Joann. Pierius Valer.
in Hieroglyphicis adsimilat illam Rhombo vel verti-
gini, cujus in ludis puerilibus usus est. Implicatur is à
cuspide prælongo loro, atq; ita ludo puerili quantà vi
fieri potest excussus, basi supernè, cuspide infernè ver-
sà, solo alliditur: dum vero ab intorto se loro expli-
cat, in rapidissimam concitatur vertiginem; atq; ita
volubiliter rotatus, spatii ampliter curvatis hac illac
fertur: pueri superinstantes flagello illam exagitant,
acriq; intortâ plagâ impetum vehementiorem adjici-
unt. Ob hanc concitatissimam vertiginem Poëta
pæc.

mentis volubilitatem, quæ nullo loco possit consistere rationeve separari, quod plurimum in furore accidit, expressere. Atq; ita Tibullus amatorio furore exagitationis dicit:

*Namq; agor ut per plana citus de verbero turba
Quem celer adsuetus versat ab arte puer.*

Hæc ille lib. XLIX. Idem lib. XXXIV. cap. 14. Craticulam inquit, Penitentia signum posuere, non tamen hinc tacitam mentis exulcerationem intelligentes, sed amaritudinem conscientia minimè simulatam, manifestissimis vera conspicuam argumentis, quippe ubi luctu, lacrymis, & lamentatione conficimur ob ea quæ nequiter improbe & contra conscientiam iniquè atq; volentes scientes patraverimus: unde mox ejulatus & planctus, mox fletus ex intimo cordis fonte prorumpens carnem maceret, jejunia debilitet, abstinentia comminuat, atq; aresciat. Hæc ille. De Conscientiâ vulgo hæc feruntur:

*Conscia mens ut cuiq; sua est ita concipit intra
Pectora pro facto spemq; metumq; suo.*

Item :

Conscia mens recti fama mendacia ridet.

Melissus (cujus ego libens memini ob venam Poeticam, quæ apud Celtas, Iberos, Italos & alios notus fuit) elegantissimè:

Mens conscia recti

Nec tremit ante homines nec tremit ante Deum.

De malâ Conscientiâ similem habes locum apud Senecam in Oedypo, & Sophoclem in Comœdiâ ejusdem nominis.

v. 411. ERGO UBI PUNICEAS ORIENS ASCENDERIT UNDAS) Veteres sidera humore credebant accendi. Orpheus Argon.

Αἰὲν ὅτε γ' Ὀκεανὸν ῥέον βαπτίζετο πῦρ.

Porphyr, lib. de Nymph. antro: Διὰ τὸ βῆσθαι τὸ πῦρ ἐν τῷ ὄκειαν.

τῶ ἐν αἰετι καὶ ἕρηνι ἀτμοῖς πρέφουσι ἐν ναυάτων καὶ π-
 τμηάτι, καὶ τῶν ἄλλων ἀναθυμιάσεων. Τοῖς δ' ἀπὸ τῆς πᾶσι
 ἡλίον ἰδὲ πρέφουσι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως
 ἰδόμεν, σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγῶν καὶ ποταμῶν ὑδάτων, ὡς
 ἔσται ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. Hinc capiendi isti lo-
 ci. Virg. Æn. IX.

*Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undæ
 Exiulit os sacrum.*

Martianus Capella lib. VI.

*Sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis
 Lucifero adnuerat lumina rota suo.*

Ennadius in Panegyrico: Cum primum aurora bigis in
 arcibus ortum jubaris indicavit, cum de Oceani lymphis
 Solis flamma surrexit etc. Apulejus Miles. IX. Solis ipsius
 quidem delapsus oceanum subterraneas orbis oras illumi-
 nabat. Seneca Hippolyto:

Qualis est primas referens tenebras.

Nuncius noctis, modo lotus undis

Hesperus.

Horat. lib. I. Od. V.

— — — — — *albo sic humero nitens*

Vt pura nocturno renidet

Luna mari.

V. 420. PETIT ADVERSIS ÆSÆPIA SYLVIS)
 quæ de hac voce Æsæpia Carrio prolixè notavit. Leo-
 ctor in ejus scholiis cognoscet. Apollonius Aſopi me-
 minit.

V. 425. TEMPORA TUM VITTIS ET SUPPLI-
 CE CASTUS OLIVÆ) Vittaræ antiquitus erant tam
 hostiæ quàm sacerdotes. Hinc ap. Virg. Æn. II.
 Sinon:

*Famq; infanda dies aderat, mihi sacra parari
 Et falsæ fruges, et circum tempora vittæ.*

Et paulo inferius :

--- --- vittaq; Deum quas hostia gessi.

Ovid. Met. lib. XV.

*Victima labe carens, & præstantissima formâ
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro
Sistitur ante aras.*

Eo modo supplices cum fiebant etiam virgas ex olivâ præferebant: Inde *κατηέλαιον* olivæ ramum à supplicando Græci nominabant. Virgil.

Jamq; oratores aderant ex urbe Latinâ

Velari ramis oleæ veniamq; rogantes.

Supplex autem olivâ à Valerio dicitur planè ut Statius Papin. Thebaid. lib. ult.

Mite nemus circa, cultuq; insigne verendo

Vittate laurus & supplicis arbor Olive.

Est enim Oliva pacis signum apud omnes Poetas. *Supplicem* (inquit Lactant. Graminat.) vocat per quam pax supplicando petitur.

V. 434. PLACIDA TRANSMITTENS AGMINA LAURO) Lauri in Magicis usus erat, Virgil. Ecl. IIX.

*Sparge molam & fragiles incende bitumine
lauros.*

Cassandra Lycophr. ab initio :

ἐπὶ Δελφίδι δάφνην αἶψα.

Quod autem Pharmaceutria ait :

--- χ' ὡς αὐτὰ λακίει μίγχα καπυελισσῶν

Κήρα πίνυς ἕφθη, καδὲ ποσδὸν εἶδομες αὐτῆς. &c.

ei gemellum est id Horat.

--- --- amore sic meo flagres uti

Bitumen atris ignibus.

V. 435. AC VINCULA SOLVERE MONSTRAT PRIMA PEDUM) In sacris Expiatoriis calceamenta

O

solu.

Solutis vinculis & ansis pedibus detrahebantur. Virgil.
IV. *Æn.* de Didone sacris Magicis operante;

Vnum exuta pedem vinculis.

Sidon. *Apoll. Carm.* 2. v. 402.

----- *retinacula bina cothurnis*

Que stringunt crepidas -----

V. 437. PHŒBI SURGENTIS AD ORTUS FERRE MANUS) Divinis olim rebus operantes faciem ad orientem vertebant. Lucem dat Virg. lib XII.

Illi ad surgentem conversi lumina solem

Dant fruges manibus salsas.

Sic etiam statuas fronte ad orientem versa collocabant ut ex Cassio Dione discimus. Judæis idem consuetum erat orantibus.

V. 443. LUSTRAMINA PŒNTO) Sordes in lustrationibus retro projiciebantur. Virg. *Phar.*

Fer cineres Amarylli foras, rivusq; fluenti

Transq; caput jace, ne respexeris -----

Quæis verbis totum ritum complexus est. Nemesianus *Ecloga* IV.

----- *ter fronde sacrâ, ter thure vaporo*

Lustravit, cineresq; averſa effudit arenâ.

Claudianus VI: *Consulatu Honori:*

Trans caput averſis manibus jaculatur in altum

Secum rapturas cantata piacula tædas.

Theocritus *Heraclisco:*

Ἦεὶ δὲ σὺ δὲ ξασσι κόνιν πρὸς ἀμφιπέλων ἦς

Πύματο δὲ μάλα πῖσσαν ὕψ' ποταμοῖο φέρουσιν

Παράδαι ἐς πίττας ὕψ' ἔριον. ἢ ψ ἢ νεῦδ

Ἄσπερ τὸ καθάρω δὲ πρῶτα τε δῶμα θεῶν.

Sordes autem purgamentorum in aquas abjiciebantur ut ex citatis locis apparet. Homerus:

----- εἰς ἄλσιν λῦματ' ἐβάλλει.

Cicero pro Roscio Amer: *Non sic nudos in flumen voluerat dejicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera quae violata sunt expiari putantur. Euripides:*

Ἰάλωσά κλύζει πάντα τ' ἀνδράπων κακά.

Immo etiam in trivivia proijci solita: Aeschyli Scholiastes. Chaeophoris. παρ' ἀθηναίοις ἐδόκει ὅτι καθάρουσες δίκαιαν ὄστροκίαν θυμιαθῆναι, ἰσχυαίτες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστροκον, ἀμπετασρεπτεῖ ἀνεχόμεν. Harpocraton. Δίδυμοι αὐτοκλήσει λέξιν παραγραψάσας ἐν τῶν ἑξηρητικῶν φησὶ, ὅξυθυμία τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα. ταῦτα ἢ ἀποφέρει εἰς τὰς τριόδους. ὅταν εἰς οἰκίας καθάρωσιν. Petronius: *Quod purgamentum in nocte calcasti in trivivio?* Sic nudi procurrentes Ethnici lapillos retrojaciebant in honorem Mercurii ad nonnulla ejus Idoli fana, quo maxime numen placari arbitrabantur, & ita jaciebant plurimi; donec lapides in acervum exerescerent. Hinc sapiens Salomon Proverb. cap. XXVI. *Sicut quis lapidem mittit in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Turcarum adhuc mos est in honorem Veneris tale quid agere. Facta autem talis lustratio, ut videlicet lapillis velut abjectis commissa facinora expiarentur. Fovebatur autem in trivivio (ut hoc obiter addam) Mercurii statua, ut via ignaris, quae eundem esset, monstraret. Huc facit Anytae Poetria Epigramma:

Ἐρμῆς τῶ δ' ἕσπεκα παρ' ὄρχα τὸν ἡμερέσει
 Ἐν τριόδοις, πολὺς ἐρῶθεν αἰείως
 Ἀνδράσι κεκυησὶν ἔχον ἄμπαυσιν ὁδοῖο
 Ψυχρὸν δ' Ἀκρωεὶ κρῆνα ὑποπύχου.

Quod officium Graeci Mercurio, id Romani *Vibilia* assignabant, Arnobius lib. IV. *Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat.*

v. 477. DECEPTUM FRAGMINE PECTUS) Hercules nimia violentia mare percellens remum frigit, quod & Apollonius testatur lib. I. v. 167.

Δι' τὸτ' ἀνοχλίῳ πταρηχότ' ἄιδματ' ὀλκῆς
 Μεσότην ἄξεν ἐρετμὸν' ἄλω' πύφθ', ἄλλ' ὁ μὲν ἀντὶς
 Αἰφω χερσὶν ἔχων πῆσε δοχμῖθ', ἀλλ' ὁ δὲ πόντῳ
 Κλύζε περὶ ῥόθῳσι φερων' ἀνά δ' ἔζετο σιγῇ
 Παπταῖανων χεῖρες ἢ ἀήτησαν ἡρέμεισσι.

Factum id, ut quidam autumant, quod artis remigandi ignarus fuerit, nimioq; manuum robore remos sepe confregerit, ab Argonautis inde relictus. Cui ego assentiri non possum. Hanc ob causam Herculem relictum ajunt in Αφέταις, quia navem in alteram partem, nimium inclinantem fecerat. Verba sunt Scholiastæ ad d. l. Διὰ τανύτων τῶν αἰτίων φασὶ κατελιλείφθαι τὴν ἠσυχία ἐν Κίῳ, οἱ δ' ἐν Αφέταις, ἐπειδὴ ἐπεσχυλῆ τὴν Αργὴν ἐποίησεν. Εφορῶ δὲ ἐν πρώτῳ παραδίδοκεν αὐτὸν δι' Ουφάλλῳ κατελιλείφθαι. Unde Herodotus loco nomen ἀφέταις factum scribit. Est enim ἀφίημι relinquo. Inde Αφέτης Lacedæmonius vocabatur quem libertate donassent. Athen. tamen sic habet lib. 7. ποδάκις φησὶν ἠλδ' ἠρωστέν λακεδαμόνιοι δὲ λέγῃ καὶ ἔς μὲν ἀφέταις ἐνάλεσταιν, ἔς δὲ ἀδραπέτες, ἔς δὲ ἐρυκτῆρας. Meminit Eustat. II. o. 431. Et ab Ἰημι deduci monet, ut supra quoq; dixi.

v. 480. IPHITE TRANSTRO) Iphici Apoll. meminit v. 207. Item Iphicli v. 201.

Θεσιόδης Ἰφικλ' ἐφωμάρτησι κίοντι.

Verba Scholiastæ: Ἀλθαΐα καὶ Ἰφικλ' ἀδελφοὶ ἐν Ἀνδαμείας τῆς Πελοπίδας. Iphictus autem Nauboli, filius dicitur. Scholiastæ: τὸν δὲ Ἰφικτὸν χυσαλογῶσι Ναυβόλυ καὶ Πελοπίδας τῆς ἰαπωνιάχῃ.

v. 486. HÆRET HYLAS LATERI) Cui non dicitur Hylas puer? Sic exclamat princeps Poetarum. Inter omnes enim fabulas, quibus, sæcunda fingendi Græcia

Gracia mater fuit, nullum æque ac raptum Hylæ celebravit. Ac ut eos taceam, quorum monumenta delivit ætas, extat etiamnum Theocriti egregium Poemation, quo eandem fabellam ea venustate depinxit, ut ad summam ipsi laudem nihil desit. Propertius eminere inter omnes visus magno illi Ruitgerio, Regis Sveciæ Consiliario & Legato. Propertius totam Eclogam de eo conscripsit. Inter alia hæc:

Prolapsum leviter facili traxere liquore

Tum sonitum raptò corpore fecit Hylas.

Prolapsum idem hoc loco est quod *inclinatum*. Expres- sit autem ad verbum isthæc Apollonii lib.I. v.1234.

Αὐτὰρ ὄγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥῶν ἐνὶ κάλπῃ ἔρρισε
 Αἰχμῆς ἐπὶ χειμῶνδ' ἐὶς περὶ δ' ἄκρας τοῦ ἔβραχεν ἕδωρ
 κάλκον ἐς ἠχίνας φορὰ ἕδωρον

Quod autem in quibusdam Exemplaribus pro *Traxere* legitur *Texere*, videtur id quidem ex Nonno defendi posse, sed tamen non potest. Non enim cum jam submersus esset corpore, edere sonum potuit, sed dum detractus cadit: Immo necdum nomen ab Hercule in- clamatum erat. Nam quod comminiscitur Jan. Pas- seratiùs: *Sonitum fecit* id est clamavit, frustra est. Au- daacter ergo sequere Ruitgerium qui sic emendat su- pra cit. loc.

Tum sonitum raptò corpore fecit: Hyla.

Cui procul Alcides iterat. Responso sed illi

Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Allusit autem ad occultiore[m] fabulam, quam non animadverterunt interpretes. Eam sic narrat Anto- ninus ἐΝ ΝΙΚΑΝΔΡΙ ΛΙΒΡΟ ΕΤΕΡΩΤΗΜΕΝΩΝ IV. Hercules cum tantò horrendo clamore puerum tantoperè dilectum quareret, ut ipsa quoq[ue] nemora, ipsi montes contremiscerent: meruentes Nymphae, ne heros Hylam penes se latentem reperiret, eum in Echo transformarunt, qua Hyla clamanti Herculi, nihil aliud

aliud quam Hyla reponēbat. Verba Græca si lubet sic habe: Νουφαι δὲ δέισασσι τὸν Ἡρακλέα, μὴ αὐτὸν δέγοι κρυπλίωρον παρ' αὐταῖς, μετέβαλον τὸν Ἰλῆν, καὶ ἐπέησαν Ἡχά' καὶ ἄλλες τῶν βολῶν ποικίλεις ἀντιφώνησεν Ἡρακλεῖ, v. 515. ULLUS HONOS JAM TUM INDECOR- RES) legunt alii indecora sed qua lege metri & Indecores apud Virg. legitur lib. VII.

Non erimus regno indecores.

Et lib. XII.

*Sunt alie innuptæ Latio & Laurentibus agris
Nec genus indecores.*

v. 524. LEVIS OMNIBUS ARCUS ET MANICÆ VIRIDES) Solebant se isthōc modo succingere mulieres aliquō ituræ, ut iter expeditius haberent. Venus apud Virg. ÆN. I.

*-- humeris de moreabilem suspenderit arcū
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis
Nuda genu, nodosq; sinus collecta fluentes.*

Parthenius ἐρωτ' ἑ. Αὐτὰ δ' εἰς γόνυ ζωσιμῆν, κρύφου πῶν θεῶν πεινιδῶν εἰς ὕλῃν καταδύνει. Apollonius.

Αὐτὴ ἀναχόμεναι λούκοις ἐπὶ γένυσι πέζας.

Et alibi:

Παρθενίη δὶ χα κόλπον ἐπ' ἰσχύος εἰλίξασσι.

Apud Callimachum quoq; Δίση ὄρατα:

— εἰς γόνυ μίχρη χιτῶνα

Ζώνουδ' λοζωτόν.

Petronius: Placuit puella consilium, itaq; collegit atrina tunicam, flexitq; in eum Daphniona qui ambulationi habebat. Hesychius ζώναστε συλλαβὰς πέπλων, ἀντ' ἑταῖς ζώνους ζώνυμαι, καὶ τὰς πέπλους συλλαμβάνω. Hujus loci restitutionem debemus Clarissimo Meurfio, Aischyl. ἔχετέσι.

ἔχων τρεῖς ζώναστε συλλαβὰς πέπλων.

v. 560. ILLA AVIDAS INIECTA MANUS) Non
conveniunt Valer. & Apollonius: Ille cum Hylas aquam
biberet à Dryope raptam canit cum aquam Herculi
adferret. Aliter Apollonius his verbis lib. I. v. 1207.

Τέφρα δ' Ἰλας χαλκῆ σὺν κάλπιδι νόσφι ἰμίλει
Δίξητο κρήνης ἰσθρὸν ῥόον, ὡς καὶ εἰ ὕδωρ
Φθίη ἀφροσάμωρ παπιδόρπιον &c. &c.

v. 565. TIRYNTHIUS ARCIBUS ORNOS DE
PULERAT) Hercules post fractum ramum, in sylvam
quæsitum ivit alium. Ideoq; arborem sua manu de-
jecit. Apollon. lib. I. 1188.

Βῆρ' ἔμω εἰς ὕλκω ἦός Διὸς ἄσκειν ἰστροῶν
Οἱ αὐτῶ φθίη καπαχέριον ἐν τῖναδ
Εὔρεν ἑπίσθ' ἐλάττω ἀλαλήμωρ, ἔπει πολλοῖς
Αρχομήλω ὄσσις. &c.

v. 571. UNANIMUM VIDEÆΘER HYLAS)
Et armiger & amafius Herculis erat Hylas. Scholiastes
Apollon. lib. I. plures amafios tradit: Εγένοντο δὲ πολ-
λοὶ Ερασίωμοι ἔ' Ηρακλέους, Ἰλας, Φιλοκλήτης καὶ Δίωμορ,
καὶ Πιερίδης, καὶ Φεῖξ, διὰ τὴν πόλιν Λιθύνης. De Diomo-
πρατι Suidas. Διομετὰ δὴμωρ τῆς Αιγυπιδωρ Φυλῆς διὰ
Δίωμορ τῆς Ηρακλέους, Vide Clariss. Meurs. In de Pop-
Atticæ Διομεία.

v. 587 ILLE VELUT REFUGI QUEM CON-
TIGIT IMPROBA MAURI) In utroq; loco eleganter
vocem Ille ornatus duntaxat gratiâ fuisse adjectâ, pau-
ci animadverterunt: pauciores etiâ ni fallor id ipsum à
posterioribus poetis studiose fuisse expressū. Virg. l. X.

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper &c.

Et libr. sequenti:

Ac velut ille, prius quâ tela inimica sequatur
Continuo in montes.

Stacius lib. III.

ac velut ille

*Fluctibus Ioniis Calabra datus arbiter alno,
Nec rudis undarū, portus sed linguere amicos
Purior Olenij frustra gradus impulit astri.*
Et initio lib. V. Valerius noster.

*Ac velut ille gregis cessit cui regia, taurus
Fertur ovans: hunc omnis honos, hunc omnis
in unum.*

Transit amor.

Claud. II. de raptu:

Ille velut stabuli decus, armentiq; juvencum.

Et de bello Getico:

--- --- --- sic ille relinquens
*Fejunos antro catulos, immanior exit
Hibernâ sub nocte Leo.*

Atq; hæc ut per Comparationem dicta sunt: ita extra
Comparationem idem vocabulum eodem modo re-
peritur usurpatum. Virg. lib. IIX.

Tertius ille hominū Divūmq; interpres Asylas,
Et Propertius.

*Ille etiam abreptâ desertus conjuge Achilles
Cessare in tectis pertulit arma sua.*

v. 596. RURSUS HYLAN ET RURSUS HYLAN
PER LONGA RECLAMAT) Emendat Rutgersius.

Rursus Hyla & rursus Hyla.

Secutus illud Vergil. Ecl. 6.

His adjungit Hylan nautæ, quo fonte relictum

Clamassent: ut litus Hyla Hyla omne sonaret.

Ego tamen auctoritatem Cod. MS. amplector. Auda-
der autem in Virgilio restituo:

--- ut litus Hyla, Hyla, Hyla omne sonaret:
Eustat. Odyss. I. ad illos versus

ἴδ' ἄρα μοι πεσέτω νῆϊς κίον ἀμφιέλιον

πρὶν πνα τῶν δειλῶν ἐτέρων τρεῖς ἕκαστην αὔσει.

ἢ 9 ὦν ἰηκνίτ, τὰς πῶν ἐπὶ ζένης ἀποδυμῶν ψυχὰς, ἀνακαλεῖν τρεῖς τρεῖς ἐπὶ πελλειπυμῶν καὶ ἕτως ἀπείναι. Ὁ ψυχαγωγὸς περὶ ἢ ὡς τῶν ἀνακαλέντων κατὰ γῆν εἰνευεῖς ἢ μεταγῆν εἰς τὴν πατριδα. Ex hoc loco, Hyla ter scribendum autumo, Virgilio allegato loco. Nam praterquam quod versus optimè se habeat, antiquum etiam ψυχαγωγίας μετ' ἐμ respicere videtur Virg. Deinde Theocritus Idyll. 17. Hylam ter ab Hercule vocatum docet: τρεῖς μὲν ἕλαι αὔσειν, ἅσων θαρῆς ἦρυα λαίμοις τρεῖς δ' ἄρ' ὁ παῖς ἐπαίκεσεν. Quod vero Valer. bis tantum Hylam in clamatum dicit, simpliciter rem narrasse videtur, nullo prædictæ rationis habito respectu. De raptus genere auctores variant ut paulo ante monui. Alii enim cum aqutum ivisset à Nymphâ detractum ajunt. Eustat. in Dionysii περιηγητικῶ: Νύμφη δ', ἰηκνίτ, ὕδρουδὸν τὸν Ἴλαι καθήρτασεν, ὃν καὶ ἀνακαλέμεθα ὁ πελάει. Ηρακλῆς οὐδὲν ἠνυσεν, ἀλλὰ μακρὸν καὶ κενὰ βοήσας ἀπηλάγη ὡς καὶ Πάριετ. ἰσορῶς καὶ παρὰ μία φησὶν ἐπὶ πῶν (ita lego) ἀνακαλεμέναν τρεῖς μὴ ἀκίοντες Ἴλαι καλεῖν. Alii aliter. Castigandus tamen Valerius noster qui cum in Mopli vaticinio lib. 1, Hylam cum Cesticulo & urna tanquam aqutum euntem introduxisset ad Imit. Apoll. lib. 1. Libro tamen hoc è Cervi qui à Junone immissus erat, insecutione lassum fonti insulisse, atq; ita à Nymphâ raptum fuisse dicit. Nec de raptore inter eos constat. Alii ab unâ Nympharum raptum dicunt ut Dionysius d. l. (licet interpres Priscianus Nymphas vertat) Aliter Apollonius & Valerius, quorum hic eam vocat Dryopen Apollonius Ephydation, Alii contra ab omnibus: ut Propertius & Theocritus, qui & earum nomina hæc fuisse dicunt:

Εὐνίκα καὶ Μαλῆς, Εὐρὺ δ' ὄρωσσι Νύχεια.

Probus ad illud in Georgicis:

Cūr non dicitur Hylas puer?

Cum fabellam recitasset postea adjungit: *Ejus fluminis Nympha Eunice Melie partus est.* Μεσοδενί και Βαλε δινη. Emenda obiter: Ab ejus fluminis Nymphis Eunice de Melide raptus est. μέση δ' οὐκ ἀββαλε δινη. Est autem Hemistichion Apollonii:

δεξιτερῆ δὲ

Αγκωνί ἔσπασε χεῖρ' δ' οὐκ ἀββαλε δινη

Herculem etiam sacra inibi locorum instituisse in memoriam Hylæ autores testantur. Sic Strabo annuum sacrificium dicit, in quo Sacerdos ter clamaret Hyla & Echo ter Hyla responderet: Anton. Liberalis, etiam suis temporibus ab incolis Hylæ juxta fontem sacrificatum fuisse, ejusq; nomen à sacerdote ter invocatum scribit: Verba hæc sunt. Ἦλα δὲ ἦν ἐστὶ ἀρκυῖο παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώριοι, καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνομαστῶν ἐστὶς ὁ ἱερὸς Φωνεῖ, καὶ εἰς τῆς ἀμειβάταιν ὡς αὐτὴν Ἦλα. Solinus c. XLIV. Prusiam urbem (de Prusienibus idem habet Strabo lib. XII.) prætermeat Hylas flumen & alluit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delicias Herculis Hylam puerum, Nymphis rapinam: in cujus memoriam adhuc solemnī cursitatione lacum populus circuit & Hylam voce clamat. Pindari Schol. ὕθιον. Oda IV. ἔδ' ὅτι τῶν τελευτησάντων ἐπ' ἀλλοδαπῶν, εἰ καὶ μὴ τὰ ἐπιμαυῖα εἴη παρ' αὐτοῖς: τὰς γὰρ ψυχὰς Διὸς πῶν μυστηρίων ἀνακαλεῖσθαι, καὶ ἄσπετον συμπλέσσαις εἰς τὴν πατρίδα Διὸς περικεῖν &c. Didymus ad Odyss. IX. ἀρχαῖον ἐδ' ὅτι ἐπιζήτησις ἀποκυδύειν τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τῆσιν τὰς ἀσπιδόφρονας. Vergil. Æn. VI.

Tunc egomet tumultum Rhæteo in litore manem.

Constitui, & magnâ manes ter voce vocavi.

Interpres Historiæ Apollon. Tyrii: Non prius sumebat cibum, quàm utricos monumentum introivisset & ferens ampullam

ampullam vini ingrediebatur, et ibi manes suorum parentum invocabant. Facta ergo talis inclamatio ex more prisco, vel ad imitationem Herculis. Quem morem etiam Romani à Græcis acceperunt. Propert. lib. I. Ecl. XVII.

*Illam enim extremo clamasset pulvere nomen,
Ut mihi non ullo pondere terra foret.*

Confer Stat. Thebaid. XII. Ovid. Trist. lib. III. Ecl. III. Aufon. Parentalibus.

v. 655. GAUDIA SED DURO SEVE SUB RE-
EE) Intelligit Euristheum, de quo superius adi-
brum Primum.

v. 664. NON EA FAX ODIIS) Fax fero-
rem inconditum, quemvis adfectum animo subicien-
tem significat. Sic Fax *Juventutis* apud Flor. lib. I.
Primâ statim *Juvent a face patrum Amulium ab arce de-*
turbat, avum reponit. Ita fax pro ira ipsâ non raro po-
nitur. Josephus Devonius de bello Trojano lib. V.

---- fremit acris illa
Marte suo, facibusq; Jovis, sic pronus in iram
Sexus, sic prisce suadet dolor ----

v. 692. VINCLA RAPI CALAIS) Apolloni-
us scribit eos cum jam navigarent, in Myfiam reditu-
ros fuisse, ut Herculem quaererent, nisi Zetes & Calais
inhibuissent, & propterea eos ab Hercule in Teno
Insula stratos, ibiq; in eorum sepulchro duas erectas
columnas. Alia ab aliis necis causa adfertur. Verba
Apollon. lib. I. 1298.

μη νύκειν ἄψ' ὀπίσω Μυσῶν ἐπὶ γαίαν ἴκοντο
λαῖμα βροτῶνδ' ἄνευκτ' ἀδελκτον ἰωλὸ
εἰ μὴ Ζηκίλοιο δ' ἄνευ βορσαο (Zetes & Calais)
Αἰακίδην καὶ Λεπείων ἐρητύερον ἐπίσσω
χέτλοιο.

V. 707. HANC EGO MAGNANIMI SPOLIUM
DIDYMAONIS HASTAM) Jurat per hastam quod
militibus usitatum Verg. lib. XII.

— nunc o nunquam frustrata vocatus
Hasta meos.

Quod imitationem Græcam præ se fert. Nam apud
Æschylum Parthenopæus, quod amentis est & impie
superbiæ per hastam jurat, & eam colit pro Deo, Ver-
ba ejus sunt :

Ομνησι δ' αἰχμῶν, ἣν ἔχει, μᾶλλον θεῶν
σέθεν πεπρωθῆς ἀμύμονος δ' ὑπέρτερον.

Hasta Cænei etiam proverbio celebrata est, quam ille
à civibus & viatoribus coli, & cujus nomine jusjuran-
dum concipi cogebat. Sed & per hastam antiquis
jurare usitatum fuit. Nam Justinus lib. XLIII. idem
testatur, eamq; sceptrum fuisse ostendit. Festive au-
tem Noster περὶ Ἀλέξ. illud Hæmeri :

Ναὶ μὰ τὸ δὲ σὺ ἤπτειρον, τὸ μὲν ἔσπετε Φύλλα καὶ ὄζυς
Φύσσι, εἰπειθὴ σπῶται τοιμῶ ἐν ὄρεσι λείλοιπεν.

Virgil. lib. XII.

*Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam foris
gerebat.)*

*Nunquam frunde levi fundet virgulta, nec um-
bram,*

Quum semel in sylvas imo de stirpe recisum

Matre caret, posuitq; comas & brachia ferro.

Ομνησι autem apud Græcos propriè dicebatur de ma-
gno juramento quod μέγας ὄρκος vocabatur, solebant-
que qui μέγας ὄρκον jurabant σπῶται θεῶς ὀμνύμενοι εἶναι ἐπι-
γενεὴ καὶ πᾶσι ἰδίαις συμφερούς ut ait Apollonii Scholiaste
lib. II. Item qui hoc jusjurandum usurpabant, jura-
bant per Stygem Pind. Olymp. Od. VI.

ὃς φιλήμενοι εἶναι

ἢ τ' ἂν ὄυστείς τις ἄγων
 καὶ μέγα ὄρκον ὁμοσώσας
 τ' ἴτο γὰρ εἰ σταφείως μαρτυρή-
 στω

Alioquin simpliciter jurabant per res obvias, μὰ γῆν, μὰ πηγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δικτύα &c. Quia ut Scholia. ftes dicto loco addit: Γητέον ὅτι ἐμπαιψιστεργς γίνεσθαι ὁ ὄρκος ὅτι τις καὶ τῆς ἰδίας ὀμνυει συμφοργῆς. Tangit eundem ritum Homer. Odyss. v.

Οὐ μὰ ζῆν' ἀγγελικῆ καὶ ἀλγαι πατρὸς ἰμοῖο.

Aliquando etiam tantum dicebant MA' TON' metuentes Dei nomen, atq; eo juramento jurabant cum quendam laudarent. Aristophanis Scholiastes βαπτῆ-
 χους. ἔθ' ἐστὶ τοῖς ἀεχαιοῖς εὐχόσθαι μὴ ὡσεὶ πέτα τὸν ἱὸν
 ὄλαβεῖας χάριν· εὐχῆσθαι δὲ τοῖς τοῖς ὄρκοις χρῆσθαι ἐπὶ
 Φημιζοῦσθαι ὡς περ εἰπὼν μὲν MA TON. ὄνομα δὲ μηκέτι
 ὡσεὶ εἶναι.

v. 709. UT SEMEL EST AVULSA JUGIS ET MATRE PEREMPTA) Usurpant Latini vocem Mater de Arbore propter ramos qui ex ea succrescunt:

----- Parnassia laurus
 Parva sub ingenti matris se subijcit umbra.

Itém :

Hic plantas tenero abscindens de corpore Matrum.

Virgil. XII. Æn.

Cum semel in sylvis imo de stirpe recisum

Matre caret.

Seneca Troadibus:

Qua tenera caso virga de trunco sterit,

Par ipsa matri tempore exiguo subit.

Plinius lib. XII. c. 5. Superioris ejusdem rami in exelsum emicant, sylvosa multitudine matris corpore vasto.

Usurpatur eodem modo τὸ μήτηρ apud Græcos. Sophocles

phocles in Colchid. apud Scholiastas Apollonii, nihil quod is locus adeo depravatus ut vix citare aufimus. Latet enim ea vox sub turpissimo mendo. Ita enim vulgo:

Τὶ βλάσπιν, ἔκ βλάσπιν οὐπιχάριθ.
Καὶ ἢ τὰ Φεῖζας ἔλ' ὀφρα σφηνάμα π
χαλκηλάτοις ὄπλοισι μὴ ἀποσέξεδυ

Ibi pro eo quod 3. versu legitur μὴ ἀποσέξεδυ, μὴ ἐξέδου legendum est.

v. 720. NULLÆQUE LEONIS EXUVIÆ TAN-
TIQUE VACANT VESTIGIA TRANSTRĪ) Exuvias
Leonis Cleonæi intelligit quibus amiciebatur jam
tum Hercules. Unde Noster lib. I.

*Sed neq; bella videt Grajas neq; monstra per
urbes*

Vlla, Cleoneo jam tempora clausus hiatu

Alcides ----

De quo labore Mart. Capella lib. I. Dehinc quidam
roboris inauditi, exstirpandusq; semper adversitatibus præ-
paratus, sed ejus miros lacertos rictusq; Cleonæos limis Juno
cernebat. Lucanus lib. VI.

---- *Alciden Lybicas excivit in oras*

Ille Cleonæi projecit terga Leonis

Anteus Libyci ----

Nota obiter per Cleoneum hiatum citato libri I. locum
rictum Leonis designari.

v. 637. NON ALITER GEMITU QUONDAM
LEA) Servius erroris arguit omnes illos qui compa-
rationem in fine legunt. Inde Noster culpandus foret.
Sed ecce Maro I. Georg. sic in fine sententiæ canit:

Vi cum carceribus sese effudere quadrigæ

Addunt se in spatia, & frustra retinaculaton-

gibosq; dens

Fer-

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Pace ergo tanti viri dictum sit: Comparatio in fine decentissime ponitur. Ego in Laurifollis aliquoties Vergilium imitor. Et adtipulantem habeo Quintilian. virum harum rerum minimè ignarum. In omni parabole inquit ille; aut præcedit similitudo & res sequitur: aut præcedit res & similitudo sequitur.

v. 737. LEA PROLIS ADEMPIÆ) Magna super hac voce, (Lea) Bapristæ Pio concertatio cum Hercule Stroza. Inquit enim cum rogaret Pium quâli ratione defenderet Valerium, qui Leææ curam subolis daret? Respondit non Lea sed Leo ibi legendum. Rectè quidem. Verisimile enim est ambos & marem & fœminam subolem curare: quoniam ut ait Euripides *Patrum filii sunt anima*: quem versiculum protulit Thyææus Apollonius (inquit ille) cum videret Echidnam h. e. viperam filios suos linguâ lambentem. Pius de Leone Nostrum lib. VI. habet testem v. 346.

At vero ingentem Telamon procul extulit orbem

*Exanimem te Canthe regens, ceu sepius in arcto
Dat catulos post terga Leo.*

FINIS LIB. III.

Ἰὼ δὲ λέει.



IN